



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ordinis || Praemon-||stratensis || Chronicon

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1613

Capvt XXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64313)

passionemque subierunt. Nominatim vero de Adriano relatum nobis est à nonnullis edne illius carceris ac miseriæ socijs, in eius sermone, vultu, moribus, insignem eluxisse cum pietate modestiam, atque intolerandis iniurijs dignam martyre fortitudinem, adeo ut suo exemplo cæteris captiuis non parum ædificationis attulerit, in quibus vicissim ut par erat, pro suis virtutibus in magna veneratione fuerit habitus.

CAPVT XXXIX.

Jacobus cognomine Lacopijs Aldenar-
dia in Flandria Antonio patre natus,
Arzmonstr. item instituti apud Middel-
burgenses monachus, prompto subtrique
fuit ingenio, quod & humanioribus dis-
ciplinis & linguarum studio diligenter
excoluit. Principio carus omnibus fuit,
omni obsequio facultatem qua se iucun-
dum fratribus præbebat, tum ob alias haud
contemnendas animi dotes. Præter hæc
ætas, forma, statuta effecerunt, ut blandio-
ri vocabulo Jacobellus ab aequalibus vo-
cicaretur. Cæterum anno 1566. quo icono-
machia: tepostas aliquot præcipua Bel-
gij nostri loca peruasit, inter alios alibi
multos, Lacopijs quoque, deo his permit-
tente, qui dilectis suis omnia cooperatur

*Jacobus La-
copius.*

in bonū, ab hæreticis miserè seduct⁹ ac male p̄suasus, p̄ n̄ ū apud fratres in monasterio linguā suā aduersus Ecclesiæ Catholice sacrosancta dogmata iuueniliter, ac petulanter, ne di. ā impiè laxauit, moxq; monasterij desertor apud hæreticos cō. ionā. di munus subiuit, & libellū hæreticū pro. caci stilo cō. scripsit, titulo Desolationis aureæ Legēde. At verò in hac tanta animi cæcitate nō diu eum permanere passus est misericors Deus, sed cito satanæ faucibus ereptum, errabundā ouiculā. aulis Ecclesiæ suæ benignus pastor restituit. Namq; post paucos mēses Iacobus facti pœnitētia ductus, ad monasteriū suum reuersus est veniā errati coram vniuerso fratrum cō. uentu rogauit; errōrē hæresimq; omnem reuocauit, abiurauit execratus est. Scriptū quoq; à se libellū suis ipse manib; in ignem cōiecit. Post hæc iniunctā sibi pro peccato satisfactionē, & humiliter subiit, & obediēter impleuit. Missus deinde, p̄bri obliterrandi causa, ad aliud q̄. lam eiusdē ordinis monasterium in Geldrię partib; situm, cui nomen *Insula Maria*, vix tibi, quemadmodum ab illius loci fratrib; accepim⁹ honestè, religiosè, & inculpate. Quin etiā nonnulla in eo Monasterio scripta aduersus hæreticos; nimirū studens hac ratione sar.

cire

cire damnū animarū, si q̄ ante seu scripto
 seu verbo dedisset. Lā sanē, quam dixi mo-
 nasterii desertionē nescio vnde cognitam
 fertur Comes Lūmius illi, cū ab ip̄us mi-
 nistris examinaretur, obieciſſe; atq; Lūmi-
 Lacopiſus ita respōdiſſe, vt factū quidē nō
 negaret, sed ab errore sic se correctum o-
 ſtēderet, vt à veritate iā certi⁹ agnita, Deo
 propitio nulla p̄narū acerbitate se passu-
 rus eſſet abſtrahi. Fuerat aut̄ Iacobo frater
 germanus, idē ille q̄ proximē apud Mun-
 ſterienſes parochū egerat, vir pius, prudēs
 & Catholicorū dogmatum apprimē stu-
 dioſus; q̄ & parentes ambos pauperes de-
 bito proſecutus honore domi apud ſe alue-
 rat. Huic Iacobū in paſtorali munere ſociū
 & auxiliarem preſbyterū adiungi tandem
 placuit; ea maximē gratia, vti tū in ijs quæ
 pietatis ſunt, tū in fide Catholica, Iacobus
 qui dudū infœliciter aberrauerat exēplo
 atq; inſtitutione domeſtica magis etiā cō-
 firmaretur. Qui poſt fratris obitū, ei⁹ ſuc-
 ceſſori relict⁹ curarū paſtoraliū ſoci⁹ mox
 beatæ quoq; paſſionis cū eo cōſors effect⁹
 eſt, an. nat⁹ 30. plus min⁹. Itaq; ad hūc mo-
 dū (vt verbis vtar pij cuiuſdā monachi de
 ijs ad amicū in epiſt. quadam ſcribentis)
 hi duo viri candidi ordinis ambo cādidus
 in agni ſanguine lauerunt ſtolas ſuas.